

2. Argum.

Secundo, aliquis homo secundum idem non men, & secundum eandem rationem, prædicatur de pluribus; ergo est vniuersum. Antecedens probatur: aliquis homo significat naturam humana cum modo existendi incomunicabilitate; sed hoc significatum conuenit pluribus secundum eandem rationem: quia Petrus est homo incomunicabiliter existens; & Paulus similiter; & de illis, non solum sub distinctione; sed etiam diuisim, prædicatur: dicitur enim: Petrus est quidam homo; & Paulus est quidam homo.

3. Argum.

Tertio, aliquis homo potest esse subiectum contradicitorium: ita enim enuntiationes: omnis homo est animal: aliquis homo non est animal: contradicitorum sunt: ergo est terminus communis vniuersum.

Confirm.

Confirmatur: prædicatio hæc vera est: omnis homo est aliquis homo: ergo non significat rem aliquam determinatam: alias enim proposicio esset falsa, sicut ista: omnis homo est Petrus: vel omnis homo est iste homo.

2. Sentent.

Secunda sententia est aliorum assertorum individuum vagum esse & equiuocum, atq; adeo tantum de pluribus & equiuoco prædicari: sicut hic terminus Petrus.

3. Sentent.

Tertia sententia est Doctoris quest, secunda de Specie, & in hac quest. ac quest. sequente pro quo notandum primò: quod individuum vagum est terminus communis affectus his signis particularibus, aliquis, quiddam, & alijs similibus: vt aliquis homo.

2. Notan.

Secundo notandum ex Doct. in præsenti s. item ostenditur ostensio: quod syncategorema positum à parte subiecti nō est pars subiecti, sed est determinatio subiecti: positum vero à parte prædicati est pars prædicati: & ultra hoc determinat aliam partem prædicantium: sed nullo modo determinat subiectum.

3. Nota.

Tertio notandum ex Doct. ad secundum, quod individuum vagum est quasi medium inter terminum communem, & terminum singularem determinate sumptum: distinguitur enim à termino communis vniuerso: quia hic immedia te significat rationem communem pluribus; quā non significat individuum vagum: distinguitur etiam à termino singulare determinate sumpto: quia hic significat determinate modum existendi determinatum; & certum: individuum autem vagum significat singulare determinatum, indeterminate tamen, vague, & indefinite; hoc scilicet vel illud.

Conclusio.

Dicendum: individuum vagum, vt aliquis homo, non significat hominem in communi; nec determinate aliquod individuum in particulari; sed vague, cōfuse, & indeterminate: hæc est Doct. locis citatis; quam sequitur Valera lib. i. dist. 4. art. 1. quest. 4. & probatur primo: tum ex vi ipsius nominis individui vagi, quod denotat significare vague, hoc, vel illud. Tum etiam ex illius resolutione: resolutum enim per descensum distinctionum: vt in Summis patuit: ergo.

Secundum, quidquid est commune vniuersum, potest affici signo vniuersali, & particulari, cum possit accipi copulatiue, & coniuncte, pro omnibus suis particularibus simul: vel disjunctiue,

pro hoc vel illo: sed aliquis homo non potest affici huicmodi signis: non enim dicitur, omnis aliquis homo: aut aliquis aliquis homo: ergo nō significat rationem communem.

Tertio, hic terminus, aliquod individuum, non significat aliquam rationem communem omnibus individualiis, sed hoc, vel illud individuum vague, & indeterminate: ergo, nec aliquis homo: quia idem est dicere: aliquis homo currit: ac aliquid individuum hominis currit.

Ex quibus patet: quod licet Doctor s. sed forte aliquis homo: dicit aliquem hominem nō significare primam substantiam, nec determinatē, nec indeterminate: & quod iste modus dicendi videtur conuenientior primo: nihilominus in eius doctrina communis stando priori modo standum est, vt ex locis supra dictis constat.

Ad argumenta: ad primum patet ex dictis: nam hic homo significat primam substantiam de terminatē: aliquis homo vero indeterminate: & hoc ad eorum distinctionem sufficit.

Ad secundum dico: quod aliquis homo tantum significat hoc, vel illud individuum: & idem prædicatur de pluribus: quia habet quendam modum communis: cum indeterminate significet.

Ad tertium dico: quod aliquis homo est cō. tradicitorum particulae.

Ad confirmationem dico, illam prædicatio Ad Confir. nem esse veram propter modum communem, ma. quem importat aliquis homo.

Corollar.

Ad primū.

Ad secun- dum.

Ad tertium.

3. Notandum.

1. Notan.

1. Conclu.

2. Conclus.

Dicendum tertium. Si substare accidentibus radicaliter sumatur cū generalissimo huius Prædicamenti essentialiter conuerit, patet: nam omnis proprietas alicuius essentia radicaliter sumpta essentialiter conuerit cum ipsa essentia: ergo, &c.

ARTIC. III.

An generalissimum Substantie in pri-
mam, & secundam, di-
uidatur?

DIVIDIT Arist. substantiam in pri-
mam, & secundam, appellans secun-
dam, genera, & species huius Prædi-
camēti: primam vero individualia. Quare
non est parua difficultas; quid sit diuisum huius
divisionis; & quoniam modo saluari possit; ne sub
aliquo membro diuidenti includatur? Pro qua si
ne argumentis notandum primo, esse differentiam
inter unum numero, singulare, individualium, pri-
mam substantiam; suppositum; & personam:
nam unum numero, singulare, & individualium, in
quolibet Prædicamento reperiuntur: cum ibi
sint genera, & species. Vnde hæc tria in re pro
eodem capiuntur; & important illud, cui diuidi
in plures partes subiectivas repugnat: vt hic ho-
mo: hæc albedo. Prima substantia, suppositum; &
persona solum in hoc Prædicamento inveniuntur: & habent se, sicut superius, & inferius: omnis
enim persona est suppositum, sed non ē contra:
quia persona tantum in intellectuali natura re-
pertur; & suppositum in omni natura substantia:
li. Suppositum etiam est prima substantia, sed nō
ē conuersio: quia natura vñita verbo diuino est
prima substantia; singularis, individualia, ac una nu-
mero, & tamen nō est suppositum: vt docet si-
des: de quo in tertio diximus.

Secundo notandum: quod sicut substantia
dupliciter dicitur: à subsistendo, scilicet, & sub-
stantando: sic etiam dupliciter diuidi potest, in pri-
mam, & secundam: primo modo diuisio & equiu-
alibet; substantia, alia communis, & alia singula-
ris; seu alia communicabilis, alia incomunicabili-
bilis: si autem secundo modo, proprie in primam
& secundam diuiditur iuxta Aristotelis men-
tem.

Tertio notandum: quod prima, & secunda,
Substantia, vel in uno se recipiunt, vel utraque
recipit accidentis. Si primo modo comparentur,
prima substantia proprie dicitur fundamentum
secundæ intentionis individuali: & secunda dicitur
fundamentum secundæ intentionis speciei,
aut generis, huius Prædicamenti. At vero si ad
accidentis comparentur, utraque dicitur subiectū
in substance: diversimode tamen: nam prima est
subiectū per se primo: secunda vero per se non
primo: quia ratione primæ, quam essentialiter
constituit, dicitur actualiter accidentibus substa-
re: & hæc ē differentia inter primam, & secun-
dam substantiam, prout substantiam à substando
diuidunt: quæ quidem substantia sic dicta est il-
lis communis, & indifferens, abstrahens ab utraq;

3. Conclu.

esse, in præsupponitur ad inherētiam, sive actua-
lem, sive aptitudinalem: nam inherētia aptitu-
dinalis est passio accidentis; & esse, in, est modus
eius intrinsecus, qui semper proprijs passionib-
us præsupponitur.

Secundo notandum: substantiam multipliciter
dici: primo pro cuiuscunque rei essentia;
qua, vt sic, Græcè dicitur vñia; in quo sensu est ad
substantiam, & accidentis communis. Secundo,
sumitur pro quacunque re, quæ non sit accidentis:
sive sit substantia completa, sive incompleta; fi-
nitave, aut infinita. Tertio, pro substantia com-
pleta finita: & hoc ultimo modo, vt abstrahit à
substantia completa, & composita ex genere, &
differentia; & ab omni existentia, seu substantia
est genus supremum huius Prædicamenti, con-
stitutum tamen ex ente reali per se, & ex alia
quidditate nobis ignota; ad quam sequitur mo-
dus essendi per se abstrahens ab oī modo es-
sendi per se, essentia, existentia, & substantia:
& substantia in hoc sensu sic notificari po-
test: est ens per se completem, cui per se exis-
te, & subsistere independenter debetur: sicut
etiam substantia transcendentalis potest expli-
car: est ens, cui conuenit esse per se independen-
ter ab alio, vt à subiecto inherētis: quod addo;
proper formas substantiales; & substantias se-
cuadas, quarum illæ sunt in materia, vt in subje-
cto informationis, sed nō in substance, & ista sunt
in primis, velut partes in toto.

Tertio notandum: quod Prædicamenta, vel
sumuntur in ordine ad suum diuisum, quod est
ens per se; vel prout ad inveniuntur comparantur: si
primo modo: dicuntur decem rerum quiddita-
tes: & tunc substantia desumitur ab hoc verbo;
subsistere: si autem secundo modo capiantur;
tunc nouem genera accidentium dicuntur affi-
ctiones, & proprietates accidentales substantiae:
& tunc substantia dicitur illorum subiectū, &
fulcimentum; capitürque à verbo substare: quia
vt sic, accidentibus subiecte dicitur: dicitq; trans-
cendentalem relationem ad accidentis; videlicet,
substantantis ad substantiatum; & informati ad
informans: sicut, è contra, accidentis dicit ad eam
relationem substantiat ad substantians, & informa-
tis ad informatum: vt docet Doctor in ter-
cio sent dist. 1. quest. 1.

Dicendum primò: Generalissimum substantia:
quatenus substantia à subsistendo dicitur; est
gradus entis realis per se, cui debetur esse in se,
& per se: hæc debet esse communis: & ex dictis
constat.

Dicendum secundò: Substare accidentibus
formaliter est veluti proprietas generalissimi
substantiae: explicatur: nam sicut in quidditate eu-
iuslibet accidentis fundatur esse formans, vel
accidentis substantia: ita in quidditate substantiae fun-
datur esse subiectum, & substantiaculum, acci-
dentium: hoc posito probatur conclusio: prius
substantia habet suum esse quidditatium; quam
sit apta ad substantiam accidentia: quia apti-
tudo ad aliquid præsupponit rem, cuius est apti-
tudo: ergo substare accidentibus; cum sit aptitu-
do quædam formaliter; erit veluti passio genera-
lis substantiae.

2. Nota.

3. Nota.

2. Not.

sicut substantia à subsistendo est communis ad communem, & singularem.

Quarto notandum: quod secunda substantia, sive à subsistendo, sive à subsistendo, dicatur semper sumitur pro specie infima, aut subalterna, quæ verè sunt entia composita, nō vero pro ipso generalissimo substantia: nam hoc, licet genus dicatur, & sit realitas communis, quæ de inferioribus in quid prædicatur; non tamen est propter secunda substantia: quia non est ens compositum; sed tantum alteri componibile: secunda vero substantia proprie, non solum deber esse alteri componibilis, sed debet esse composita sicut ex generalissimo, & differetia subalterna. Et per hoc patet, quomodo diuisum non includitur sub membris diuidentibus proprie, & formaliter ac quidditatia; sed denominatiū solum, improprie, & accidentaliter. Et hoc videtur Aristot. insinuare appellans primam substantiam, diuiduam, & secundam, genera, & species: in quibus generalissimum à ratione substantia excludere viderur. Est igitur generalissimum ens compleatum ex ente per se, & ex propria realitate determinante: non tamen est ens compositum: nam hæc duo habent se ordinata: valet enim: est ens compositum: ergo est completum, seu constitutum: sed non è contra.

3. Conclus.

Dicendum primo. Diuisum in primam, & secundam substantiam, non est aliud ab ipso generalissimo distinctum: probatur nam si est aliud vel est aliquid superius ad generalissimum; vel illi æquale: vel inferius illo: non primum: quia tunc supra generalissimum, esset aliud generalissimum: nec secundum: quia tunc essent duo generalissima substantia; nec tertium: quia tale inferius, aut est membrum diuidens generalissimi substantia; aut non: si hoc secundum: ergo nō potest diuidi in primam, & secundam substantiam: quia quod non est substantia per se, non potest in substantias per se diuidi: si primum: ergo habet pro membro opposito coniudente aliam substantiam: & sic erit alia diuisum ante istam; de qua inquirio, quæ, & qualis sit? Et cum non sit assignabilis, necessario factum est, diuisum esse generalissimum substantia.

4. Conclus.

Dicendum secundo. Generalissimum substantia, prout à per se subsistendo dicatur, optime potest esse huius diuisonis diuisum: ita ut prima substantia sit idem, quod singulare, seu incomunicabile: & secunda, idem, quod vniuersale, seu natura communis, composita tamen. Probatur: nam prima, & secunda substantia, vt sic, exhausti totam potentiam diuisi: nec diuisum in membris diuidentibus clauditur: nec aliquid reperitur, quod hanc diuisiōnem impedit, immo omnes proprietates, & substantiae diffinitiones ab Arist. tradita conuenient prima, & secunda substantia, vt sic: ergo optime substantia, à subsistendo dicta, poterit esse in hac diuisione diuisum.

Dices: hanc diuisiōnem etiam in alijs generibus reperi.

Dico: quod licet hoc verum sit, nihilominus cum ratio cuiuslibet Prædicamenti sit diversa, etiā diuisum, & membra diuidentia erunt diversa.

3. Conclus.

Replicabis: secunda substantia dicitur de prima, & est in prima; vt patet in homine respectu Petri: sed hoc implicat, cum sint membra diuidentia, & vnum non potest esse de cōceptu alterius: ergo substantia à subsistendo non potest in primam, & secundam diuidi.

Respondeo: quod secunda substantia non prædicatur formaliter de prima: nam ratio secundæ substantia est esse communicabilem; & ratio primæ est esse incommunicabilem: & quamvis secunda de prima, quoad aliqua prædiceretur, non tamen quoad omnia, quæ conuenient secundæ: Petrus enim licet sit homo, non tamen pluribus, in quid, est communicabilis: sicut est homo, quare distinguuntur ex natura rei, quod sufficit ad membrorum diuidentium oppositionem.

5. Conclus.

Dicendum tertio. Generalissimum substantia sibi illa proprietate, qua accidentibus subsistere dicatur, est proprie in hac diuisione diuisum: ita ut sit sensus: substantia completa, prout accidentibus subsistere dicatur; alia est prima, cui per se primo conuenit esse subiectum: alia secunda, quæ per se, sed non primo subsistere dicatur: hæc (ni fallor) est Aristotelis mentis conformis: & probatur primum: substantia, in ordine ad accidentem, est verum subiectum ipsius accidentis: sed non est accidentis subiectum, nisi vt prima, vel secunda: ergo prima, & secunda substantia, diuidunt substantiam; vt est accidentis subiectum: ac per consequens ipsa, vt est tale subiectum, est huius diuisiōnis diuisum.

6. Conclus.

Secundum, illud est diuisum, cui primo in actu signato debetur accidentibus subsistere: huiusmodi est substantia sub hac proprietate: ergo. Maior est certa: quia diuisum semper membris diuidentibus præintelligitur: ergo illud, quod membris substantibus præintelligitur, erit illorum diuisum: minor probatur: nam hæc causalis est vera: id est prima, & secunda substantia in actu exercito subsistere accidentibus: quia participant naturam potentem substatere: non vero è contra: quia omnis actus præsupponit potentiam; & non è contro: ergo cum prima, & secunda substantia accidentibus subsistere actualiter: quia participant naturam, cui primum conuenit subsistere in potentia, qualis est substantia generalissimum sub illa proprietate, sequitur: quod illud erit diuisum in hac diuisione.

7. Conclus.

Ex quibus constat Molinam 1. part. q. 19. art. 2. disputat. 1. & Suarium in Metaph. disputat. 3. sectione 2. illum afferentem diuisum hic esse substantiam dictam à subsistendo: istum vero est ipsam dictam à subsistendo: optime vtrumque dicere: quidquid reclamat contra ipsos Arapio libro 5. Metaph. q. 2. art. 1. nam loquuntur de substantia in communi, prout est quædam natura, cui subsistere, vel subsistere, sive per se primum, qualis est prima substantia; sive per se non primum, qualis est secunda, competit: ipsa vero ab utraque substantia abstracta, vt nos dicimus, & dicunt Autores prædicti,

(1.)

ARTIC. III.

Quæs. & qualis, sis hac diuisio substancie, in primam, & secundam?

CIRCA huc articulū vñlæ sunt Doctorum opiniones, quas referunt Araujo quinto Metaph. quæst. 1. Art. 2. & noſter Valera in Logica lib. 2. dist. 3. quæſt. 5. sed quia omnes faciliter concordari possunt: dempta illa, quam tenet Hurtado sequens Franciscum Sanctum Brocensem in opusculo contra errores Dialecticorum cap. 5. negantem non esse hanc diuisiōnem realem, aut rationis: vniuersitatem, vel Analogam, quæ sententia, vt temeraria in hac materia, relinquit; id est pro allarum intelligentia, & præsentis Articuli elucidatione notandum primo, quod hec diuisio potest intelligi de substantia dicta à subsistendo, vel à substantando: vnde sicut subsistere, vel substare, potest considerari; vel in actu exercito, vel in actu signato; hoc est, vel prout per se primo conuenit individui, vel prout per se primo conuenit naturis communib; sic substantia à subsistendo: v.g. dicta, potest diuidi, & ordinari, quod actum exercitum, vel signatum; si primo modo, ordinatio incipit ab individuis: scilicet, Petrus, homo, animal, corpus, substantia; & ita individua dicuntur primæ substantię; & naturæ communes dicuntur secundæ. Si vero substantia ordinetur quoad actum signatum; è contra fit ordinatio: & in hoc ordine naturæ communes sunt primæ substantię, & individua sunt secundæ.

2. Notan.

Secondo notandum: quod, vt q. 1. de Differentia art. 2. not. 3. diximus, qua duplicitate potest substantia, quæ est diuisum, ad membra sui diuidentia comparari: Primum, si tam diuisum, quæ membra diuidentia prime intentionaliter sumuntur. Secundum, si omnia sumuntur secunde intentionaliter. Tertium, si diuisum sumatur prime intentionaliter, & membra diuidentia secunde intentionaliter. Quartum, è conuerso, si diuisum secunde intentionaliter, & membra diuidentia prime intentionaliter capiantur.

Dicendum primum. Si diuisum, & membra diuidentia, sumuntur pro rebus primæ intentionis, sive substantia dicatur à subsistendo, sive à subsistendo; diuisio hæc est realis: & vniuersaliter analogia probatur: nam quomodo cuncte substantia sumuntur; prima substantia magis participat eius rationem communem; quam secunda: ergo substantia analogie in illas descendit. Antecedens probatur: nam si substantia sumatur à subsistendo in actu signato; homo: verbi gratia, est magis substantia, quam Petrus: tunc quia dicit totam quidditatem Petri: tunc quia passiones propriæ per prius conuenient illi; quam Petrus: tunc quia ipsa substantia per ipsas naturas communes descendit ad individua: ergo naturæ communes, prout in actu signato primæ substantię dicuntur; sunt magis, & principales substantia, quam secunda: quia illis per se primo subsistere conuenit.

Si autem prima substantia sumatur à subsistendo in actu exercito patet: quod Petrus: verbi gratia, sit magis substantia: quia in se plures realitates substantiales continet, quam homo: ergo.

Dicendum secundum. Si tam diuisum, quam membra diuidentia secunde intentionaliter sumuntur, diuisio hæc est intentionaliter, & generis in species. Hæc est doctissimi nostri Tataretii in hoc cap. dub. primo, & eam tueretur Valera, vt supra. Et quod sit diuisio rationis patet: quod autem sit genetis in species, probatur, & explicatur notando ex nostro Anglico, & ex domino Mauricio quæſt. quarta vñluerſi, quod tam secunda substantia, quam prima, sunt vñluerſia: nam sicut secunda substantia in communi prædicatur de secunda substantia applicata homini, & de secunda substantia applicata animali: sic prima substantia in communi prædicatur de prima substantia singularitatis applicata Petro, & de illa applicata Brunello: vnde ab ipsis intentionibus de nominatibus primum, & secundum substantias, abstrahit ratio substantiarum, vt sic, quod est generalissimum substantia; & diuisum rationis in hac diuisione, quæ est generis in species: vt patet.

Dicendum tertio. Si diuisum sumatur secundum intentionaliter, id est, pro secunda intentione generis applicata generalissimo substantia: & membra diuidentia sumuntur prime intentionaliter, pro fundamentis, quibus applicantur prima, & secunda substantia, vt sunt relationes rationis: hoc est pro homine, & Petro: hæc diuisio est accidentis in substantia, pater: nam secunda intention est accidentis, quod applicatur primis intentionibus, vt substantia, de quibus prædicatur: ergo, &c.

Dicendum quartum. Si diuisum sumatur prime intentionaliter, pro generalissimo substantia, & membra diuidentia sumuntur à parte rei: & membra diuidentia sumuntur secunde intentionaliter pro secundis intentionibus vñluerſia, & individui, applicabilibus primis, & secundis, substantijs fundamentalibus; et diuisio substantiæ in accidentia: hæc est Doct. in fine quæſtionis, & Tataretii, vt supra: probatur nam intellecta substantia reali, statim Logicus tribuit illi intentiones, quas ipsa postulat: & cum postuler ex se esse, vel singularis, vel vñluerſia, coniunctibilis, vel in communicabilis: id est illi has tribuit intentiones: & quia tales intentiones accidunt ipsi: id est in merito hæc diuisio dicitur substantiæ in accidentia.

Dicendum ultimum. Secunda, & quarta conclusionis, sunt Aristotelii conformatiores: patet: nam in hac diuisione, vt sit Doct. quæſt. prima vñluerſi, processit, vt Logicus: ergo diuidit per intentiones, de quibus Logicus agit: sed quæ magis ad Logicum pertinent, sunt quæ in prædictis conclusionibus argumentantur: ergo.

5. Conclus.

(2.)

(3.)

(4.)

(5.)

(6.)

(7.)

(8.)

(9.)

(10.)

(11.)

(12.)

(13.)

(14.)

(15.)

(16.)

(17.)

(18.)

(19.)

(20.)

(21.)

(22.)

(23.)

(24.)

(25.)

(26.)

(27.)

(28.)

(29.)

(30.)

(31.)

(32.)

(33.)

(34.)

(35.)

(36.)

(37.)

(38.)

(39.)

(40.)

(41.)

(42.)

(43.)

(44.)

(45.)

(46.)

(47.)

(48.)

(49.)

(50.)

(51.)

(52.)

(53.)

(54.)

(55.)

(56.)

(57.)

(58.)

(59.)

(60.)

(61.)

(62.)

(63.)

(64.)

(65.)

(66.)

(67.)

(68.)

(69.)

(70.)

(71.)

(72.)

(73.)

(74.)

(75.)

(76.)

(77.)

(78.)

(79.)

(80.)

(81.)

(82.)

(83.)

(84.)

(85.)

(86.)

(87.)

(88.)

(89.)

(90.)

(91.)

(92.)

(93.)

(94.)

(95.)

(96.)

(97.)

(98.)

(99.)

(100.)

(101.)

(102.)

(10

ARTIC. V.

An diffinitiones prima, & secunda sub
stantia, sint recte traditæ?

IN conclusione prima, sic Primam, & Secundam substantiam Aristoteles diffinit: Prima substantia est, quæ proprie, & principaliter, & maxime dicitur, quæ nec est in subiecto, nec dicitur de subiecto. Secunda vero substantia sunt genera, & species, in quibus in sunt Prima, & de Primi dicuntur. Et de his diffinitionibus discutere intendimus in præsentis: & pro parte oppugnante argumentor primo: secundū Arist. septimo Metaph. individuum in particulari, qualis est Prima substantia diffiniri nequit: ergo frustra hic diffinire; & si possit diffiniri, non per terminos negatiuos, vt hic diffinitur, sed per positivos diffiniri debet: cum sit ens positivū in se: ergo male per terminos negatiuos diffinitor.

Secundo, esse genus, vel speciem, commune est omnibus Prædicamentis: in quocunq; enim Prædicamento æqualiter reperiantur: ergo prædicta intentiones non sufficiunt ad explanandam rationem secundæ Substantiæ.

Tertiō, secundæ substantiæ debent diffiniri, eo modo, quo in Prædicamentis collocantur: sed collocantur secundum naturam realem in communi conceptam; & non ratione secundæ intentionis: aliter enim linea prædicamentalis ex secundis intentionibus fieri: ergo secundum esse reale; & non per intentiones generis, & speciei, diffiniri debent.

Quarto, illa diffinatio est insufficiens, quæ genere, & differentia, non constat: sed esse genus, & speciem, non est de essentia secundæ Substantiæ: simul, nec seorsum: non simul; cum duæ intentiones specie diffiniri nequeant vnam speciem constitui: nec seorsum: quia tunc quælibet non adæquaret ratione secunda substantiæ: ergo secunda Substantia male per esse genus, & speciem, diffinitur.

1. Notandum: quod Prima substantia dupliciter consideratur; prime intentionaliter, materialiter; & pro substrato: aut secunde intentionaliter, & pro formaliter: primo modo, sicut de individuo diximus super Prædicabilia qæst. 1. de Specie Art. 7, dicit vnum conceptum communem positivum, & vniuersal, abstractum à pluribus Primi substantijs, quatenus à parte rei in eodem modo substantiæ prædicatis essentialibus, seu accidentalibus, conuenient: secundo modo, & in concreto sumpta dicit pro formaliter secundæ intentionem primi substantiatis, quia ad omnia prædicata, sive substantialis, sive accidentalia, refertur; & pro materiali ipsa individua substantiæ importat: quia enim intellectus considerat Petrum, ut per se subsistentem, & per se substantian tem omnia prædicata prædicta tribuit ei secundam intentionem subiecti, & substantantis.

2. Notandum: quod eodem modo substantia secunda considerari potest: vel prime intentionaliter: & sic est aliquid reale in recta linea

prædicamentali constitutum; & sunt naturæ cōmunes per differentias specificas, aut individuales, contrahibiles. Si consideretur secunde intentioniter; dicit pro formaliter secundam intentionem, qua refertur ad ea, quibus secundo substantia, & à qua secundum subiectum denominatur, substantans omnia prædicata; pro materiali vero dicit naturas communes, quibus talis intentio applicatur.

Tertio notandum: quod sicut intentiones singularis, & Prima substantia, essentialiter distinguuntur: nam intentio singularis sumitur per ordinem ad vniuersale, estque communis omnibus individualibus omnium Prædicamentorum: intentio autem Prima substantia sumitur in ordine ad ea quæ substantat, ut quod, & est primum subiectus: estque peculiaris huic Prædicamento: ita intentio secunda substantia, licet sit annexa cum secunda intentione generis, & speciei; tanquam cum requisita conditione, ut sit secunda substantia: quia secunda substantia in vniuersali dicitur substare accidentibus; & idē debet esse genus, aut species: nihilominus essentialiter distinguuntur: quia intentio generis, aut speciei, est in ordine ad inferiora: atque adeò ad ea, quæ rationem materialis habent respectu illius: prædicabile enim habet rationem formæ respectu subiecti, de quo prædicatur: at vero secunda Substantia non est respectus ad inferiora: sed ad ea, quibus substantia: ac per consequens ad ea, quæ respectu illius habent rationem formæ; cum ab eis secunda substantia afficiatur. Ex quo fit, ut intentio generis, & speciei, sit omnious Prædicamentis communis: intentio autem substantia secunda sit huic tantum Prædicamento peculiaris.

Dicendum primo. Diffinitiones istæ potius notifications, seu Descriptiones, appellandas sunt; & ut sic, sunt optime assignatae. Prima pars patet: nam Prima substantia per negationem duplē diffinitor: Secunda vero per genera, & species, & in numero plurali; quæ omnia vtræ diffinitioni conuenire nequeunt.

Secunda pars patet: nam per has Descriptiones manifestatur, quid his substantijs conueniat. Prima enim substantia habet esse substratum, & subiectum primum, omnium prædicatorum, tam substantialium: quia de illa omnia dicuntur; & ipsa de nullo alio subiecto: quām accidentalium: quia primo omnibus substantijs & ipsa in nullo alio subiectu: ergo optime describitur per hoc, quod non est in subiecto, nec dicitur de subiecto: nam ad illud positivum sequitur ista negatio. Secunda etiam substantia tantum in generibus, & species, fundatur; & idē optime per genera, & species, describitur.

Dicendum secundo. Prima, & secunda substantia, sic diffiniri possunt. Prima substantia est ens per se completem per se primo substantans, & substantens. Secunda vero substantia est ens per se compositum, quod aptum est de Primi substantijs in quid prædicari, & cui secundario substantare conuenit. Ad argumenta pater ex dictis.

QVÆST.

2. Conclu.

QVÆST. II.

An ista consequentia teneant for maliter: Animal prædicatur de ho mine: ergo de aliquo homine: Color est in corpore; ergo in ali quo corpore?

Alia vero omnia, aut de subiectis dicuntur principalibus substantijs: aut in subiectis eis sunt. Hoc autem manifestum est ex his, que per singula proponentur: ut animal de homine prædicatur: ergo & de aliquo homine prædicabitur: nam si de nullo aliquorum hominum; nec omnino de homine prædicaretur. Rursus, color in corpore est: ergo in aliquo corpore: nam si non in aliquo singulorum, nec omnino in corpore, &c. Cap. eo.



VÆRITVR de consequentijs, quas facit Aristot. ad probandum istam conclusionem: scilicet, Animal prædicatur de homine: ergo de aliquo homine: &

Color est in corpore: ergo in aliquo corpore: vtrum huiusmodi consequentie teneant formaliter? Quod non videtur: quia nec alibi tenet: species prædicatur de homine: ergo de aliquo homine, vbi est eadem forma arguendi.

Item, videtur esse fallacia consequentis, à superiori non distributo ad inferius: & ita positio consequentis, quæ consequentia non valer.

Item, terminus de se est indifferens ad omnem suppositionem: igitur, si arguitur ab ipso sumpto absolute, ad ipsum sub una suppositione tantu, arguitur ab in differenti ad determinatū, & ita fit fallacia consequentis: sic est in proposito.

Item, eadem ratione, quia illa consequentia tenet, videtur ista tenere: Animal prædicatur de omni homine: igitur aliquid animal: sed non valet ista: igitur nec illa. Probatio maioris: vtrobiq; sit similis descensus: nisi quod hic in subiecto; ibi in prædicato, quæ diuersitas non

impedit: cum omnis vniuersalis possit conuerti, sumptis terminis uniformiter. Probatio minoris: quia antecedens est verum, & consequens fassum.

Item, par ratione sequeretur: Animal est omnis homo: ergo aliquod animal, quod non est verum: quia antecedens est verum, patet: quia animal est homo, in quantum homo: igitur omnis homo. Antecedens istius patet: quia animal per naturam hominis est homo: igitur in quantum homo: consequentia patet per Arist. i. Priorum cap. de reduplicatione.

Item, destructis primis, animal prædicatur de homine; & non de aliquo homine: quia nullus est: igitur consequentia non valet.

Ex hoc etiam sequitur, aliam conclusionem Arist. esse falsam: scilicet, destruetis primis, &c. quia eis non existentibus, possunt Secundæ substantijs prædicari de se inuicem per se: igitur, & manere: quia Secundæ substantiam esse est esse prædicatum esse in genere substantiæ.

Ad oppositū est Arist. & probat vtrāq; consequentiā inferendo ex opposito consequentis oppositum antecedentis.

Dicendum, quod hæc consequentia est bona: Animal prædicatur de homine: ergo de aliquo, sumendo prædicari, ut hic sumit Aristot. scilicet, superioris de inferiori in genere; decurrit enim super hanc regulam: Quando alterum de altero prædicatur, &c. quæ valet hanc, quod est prius priore in genere, est prius posterior.

Intelligendum etiam, quod hæc consequentia tenet descendendo ad istū hominem: vbi est Prima substantia determinata: & ita positio consequentis, quæ consequentia non valer.

Dicitur, quod tenet de accidentibus communibus, per locum à maiori, quia illa prius insunt Primi substantijs, quā Secundis, licet ē conuerto contingat de proprio.

Y. Con-